

## CAPUT XLII.

*Memoria mortis cui est amara, & cui non mortem non metuas, sed praeceptorum & futurorum memento, contentus divina dispositione circa te: maledictio manens impius: cura boni nominis: sapientia & thesaurus absconditi inutiles: qualiter sit de peccatis erubescendum: ne faciem avertas a proximo, nec respicias mulierem alterius, neque improperes post datum.*

1. **O** mors quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis:  
2. viro quieto, & cuius viae directae sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum!  
3. O mors, bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus:  
4. defecto aetate, & cui de omnibus cura est, & incredibili, qui perdit patientiam!  
5. Noli metuere iudicium mortis. Memento quae ante te fuerunt, & quae superventura sunt tibi: hoc iudicium a Domino omni carni:  
6. & quid superveniet tibi in beneplacito Altissimi? sive decem, sive centum, sive mille anni.  
7. Non est enim in inferno accusatio viva.

8. Filij abominationum fiunt filij peccatorum, & qui conversantur secus domos impiorum.

9. Filiorum peccatorum periet hereditas, & cum semine illorum assiduitas opprobrij.

10. De patre impio queruntur filij, quoniam propter illum sunt in opprobrio.

11. Vae vobis viri impij, qui dereliquistis legem Domini Altissimi.

12. Et si nati fueritis, in maledictione nascentini: & si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.

13. \* Omnia, quae de terra sunt, in terram convertentur: sic impij a maledictio in perditionem.

14. Luctus hominum in corpore ipsorum, nomen autem impiorum delebitur.

15. Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi & magni.

16. Bonae vitae numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in aevum.

17. Disciplinam in pace conservate filij: \* sapientia enim abscondita, & thesaurus invisus, quae utilitas in utrisque?

18. Melior est homo, qui abscondit stultitiam suam, quam homo, qui abscondit sapientiam suam.

19. Verutamen reverentem in his, quae procedunt de ore meo.

20. Non est enim bonum omnem reverentiam observare: & non omnia omnibus bene placent in fide.

21. Erubescite a patre & a matre de fornicatione: & a praesidente & a potente de mendacio.

22. a principe & a iudice de delicto: a synagoga & plebe de iniquitate:

23. a socio & amico de iniustitia: & de loco, in quo habitas,

24. de furto, de veritate Dei, & testamento: de discubitu in panibus, & ab obfuscatione dati & accepti:

25. a salutantibus de silentio: a respectu mulieris fornicariae: & ab aversione vultus cognati.

26. Ne avertas faciem a proximo tuo, & ab auferendo partem & non restituendo.

27. \* Ne respicias mulierem alieni viri, & ne scruteris ancillam eius, neque steteris ad lectum eius.

28. Ab amicis de sermonibus improperij: & cum dederis, ne improperes.

## CAPUT XLIII.

*Secretum non revelandum: a respectu personarum & aliis plerisque vitiis hic enumeratis abstinendum: datum & acceptum scribendum: de sollicita custodia filiae, & super luxuriosam firmanda custodia: commorari mulieri periculosum: melior est autem iniquitas viri quam mulier benefaciens: opera Domini, qui omnia videt etiam occulta cordium, sunt perfecta & desiderabilia.*

1. **N**ON duplices sermonem auditus de revelatione sermonis absconditi, & eris verè sine confusione, & invenies gratiam in conspectu omnium hominum: ne pro his omnibus confundaris.

2. De lege Altissimi, & testamento, & de iudicio iustificare impium.

3. de verbo sociorum & viatorum, & de datione hereditatis amicorum,

4. de aequalitate staterae & ponderum, de acquisitione multorum & paucorum,

\* Levit. 19. 15. Deut. 1. 17. & 16. 19. Prov. 24. 23. Iacob. 2. 1.

5. de

5. de corruptione emptionis, & negotiatorum; & de multa disciplina filiorum, & servo pessimo latus sanguinare.

6. Super mulierem nequam bonum est signum.

7. Ubi manus multae sunt, claudere, & quodcumque trades, numera, & appende: datum verò, & acceptum omne describe.

8. De disciplina insensati & fatui, & de senioribus, qui iudicantur ab adolescentibus: & eris eruditus in omnibus, & probabilis in conspectu omnium vivorum.

9. Filia patris abscondita est vigilia, & sollicitudo eius auferit somnum, ne forte in adolescentia sua adulta efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat:

10. nequando polluatur in virginitate sua, & in paternis suis gravida inveniat: ne forte cum viro commorata transgrediatur, aut certè sterilis efficiatur.

11. Super filiam luxuriosam confirmam custodiam: ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis, a detractioe in civitate, & obiectione plebis, & confundat te in multitudine populi.

12. Omni homini noli intendere in specie: & in medio mulierum noli commorari:

13. de vestimentis enim procedit tinea, & a muliere iniquitas viri.

14. \* Melior est enim iniquitas viri, quam mulier benefaciens, & mulier confundens in opprobrium.

15. Memor ero igitur operum Domini, & quae vidi annuntiabo. In sermonibus Domini opera eius.

16. Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenum est opus eius.

17. Nonne Dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quae confirmavit Dominus omnipotens: stabiliri in gloria sua?

18. Abyssum, & cor hominum investigavit: & in astutia eorum excoegitavit.

19. Cognovit enim Dominus omnem scientiam, & inspexit in signum aevi, annuncians quae praeterierunt, & quae superventura sunt, revelans vestigia occultorum.

20. Non praeterit illum omnis cogitatus, & non abscondit se ab eo ultus sermo.

21. Magnalia sapientiae suae decoravit: qui est ante saeculum & usque in saeculum, neque adiectum est.

22. neque minuitur, & non eget alicuius consilio.

23. Quam desiderabilia omnia opera eius, & tamquam scintilla, quae est considerare!

24. Omnia haec vivunt, & manent in saeculum, & in omni necessitate omnia obaudiunt ei.

25. Omnia duplicia, unum contra unum, & non fecit quidquam deesse.

26. Uniuscuiusque confirmavit bona. Et quis satiabitur videns gloriam eius?

## CAPUT XLIII.

*Eminentia Creatoris relucet in caelorum ornatu & pulchritudine: nempe in caelo, luna, stellis, iride, nive, grandine, nubibus, tonitru, gelu ab aquilone, praena, & mari, in quo sunt plurima genera belluarum: denique nemo ad Deum laudandum sufficit.*

1. **A**ltitudinis firmamentum pulchritudo eius est, species caeli in visione gloriae.

2. Sol in aspectu annuncians in exitu, vas admirabile opus Excelsi.

3. In meridiano exiit terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Fornacem custodiens in operibus ardoris:

4. tripliciter sol exurens montes, radios igneos exuffians, & refugens illius suis obteget oculos.

5. Magnus Dominus qui fecit illum, & in sermonibus eius festinavit iter.

6. Et luna in omnibus in tempore suo, ostensio temporis, & signum aevi.

7. A luna signum diei feci, luminare quod minuitur in consummatione.

8. Mensis secundum nomen eius est, crescens mirabiliter in consummatione.

9. Vas castrorum in excelsis, in firmamento caeli resplendens gloriosè.

10. Species caeli gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis Dominus.

11. In verbis sancti stabunt ad iudicium, & non deficient in vigiliis suis.

12. Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum: valde speciosus est in splendore suo.

13. Gyravit caelum in circuitu gloriae suae, manus Excelsi aperuerunt illum.

14. Imperio suo acceleravit nivem, & accelerat coruscationes emittere iudicij sui.

15. Prop-

\* Praestat a viro accipere injuriam, quae est beneficia a muliere, que est pronas & facilis sinistra voluptatis: nam mox subijci. Et mulier confundens in opprobrium. Praestat a viro damnem aliquid patitur: mulier est occasio scandali; minus malum est ab ira viri, quam a comitate mulieris; que est causa probri.

\* Genes. 9. 13.



15. Propterea aperti sunt thesauri, & evolaverunt nebulae sicut aves.  
 16. In magnitudine sua posuit nubes, & confracti sunt lapides grandinis.  
 17. In conspectu eius commovebuntur montes, & in voluntate eius aspirabit Notus.  
 18. Vox tonitruus eius verberabit terram, tempestas aquilonis, & congregatio spiritus.  
 19. & sicut avis deponens ad sedendum, aspergit nivem, & sicut locusta demergens descensus eius.  
 20. Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus, & super imbrem eius expavescent cor.  
 21. Gelu sicut salem effundet super terram: & dum gelaverit, fiet tamquam cacumina tribuli.  
 22. Frigidus ventus aquilo flavit, & gelavit crystallus ab aqua, super omnem congregationem aquarum requiescet, & sicut lorica induet se aquis.  
 23. Et devorabit montes, & exuret desertum, & extinguet viride, sicut igne.  
 24. Medicina omnium in festinatione nebulae: & ros obvians ab ardore venienti humilem efficiet eum.  
 25. In sermone eius siluit ventus, & cogitatione sua placavit abyssum, & plantavit in illa Dominus insulas.  
 26. Qui navigant mare, enarrent pericula eius: & audientes auribus nostris admirabimur.  
 27. Illic praecleara opera, & mirabilia: varia bestiarum genera, & omnium pecorum, & creatura belluarum.  
 28. Propter ipsum confirmatus est itineris finis, & in sermone eius composita sunt omnia.  
 29. Multa dicemus, & deficiemus in verbis; consummatio autem sermonum, ipse est in omnibus.  
 30. Gloriantes ad quid valebimus? ipse enim omnipotens super omnia opera sua.  
 31. Terribilis Dominus, & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipsius.  
 32. Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, supervalebit enim adhuc, & admirabilis magnificentia eius.  
 33. Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum potestis: maior enim est omni laude.  
 34. Exaltantes eum replemini virtute, ne laboretis: non enim comprehendetis.

35. Quis videbit eum, & enarrabit? & quis magnificabit eum sicut est ab initio? *\* Psal. 105. 2.*  
 36. Multa abscondita sunt maiora his: pauca enim vidimus operum eius.  
 37. Omnia autem Dominus fecit, & pie agentibus dedit sapientiam.

CAPUT XLIV.

*Laus priorum patrum ac seminis eorum: primum in genere, deinde nominatim laudantur Enoch, Noe, Abraham, cui factae sunt promissiones, Isaac, & Iacob.*

1. Audemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua.  
 2. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua a seculo.  
 3. Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute, & prudentia sui praediti, nunciantes in prophetis dignitatem prophetarum.  
 4. & imperantes in praesenti populo, & virtute prudentiae populus sanctissima verba.  
 5. In peritia sua requirentes modos musicos, & narrantes carmina scripturarum.  
 6. Homines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes: pacificantes in domibus suis.  
 7. Omnes isti in generationibus gentis suae gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus.  
 8. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum:  
 9. & sunt quorum non est memoria: perierunt quasi qui non fuerint: & nati sunt, quasi non nati, & filij ipsorum cum ipsis.  
 10. Sed illi viri misericordiae sunt, quorum pietates non defuerunt:  
 11. cum semine eorum permanent bona,  
 12. hereditas sancta nepotes eorum, & in testamentis sterit semen eorum:  
 13. & filij eorum propter illos usque in aeternum manent: semen eorum & gloria eorum non derelinquetur.  
 14. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vivit in generationem & generationem.  
 15. Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nunciet ecclesia.  
 16. \* Henoch placuit Deo, & translatus est in paradysum, ut det gentibus potentiam.

SS. IOAN. ETPAUL. \* Gen. 5. 24. Hebr. 11. 5. 17. Noe

\* Gen. 9. 9. CON F. EPIT. QUE INCIPIT. Ecce sacerdos magnus, inde passim ad v. 20. ex- cerpitur. \* Gen. 6. 14. & 7. 1. Hebr. 11. 7. \* Gen. 12. 2. 15. 5. & 17. 4. \* Gen. 17. 10. Gal. 3. 6. \* Gen. 22. 1. \* Noe inventus est perfectus, iustus, & in tempore iracundiae factus est reconciliatio.  
 18. Ideo dimissum est reliquum terrae, cum factum est diluvium.  
 19. \* Testamenta saeculi posita sunt apud illum, ne deleri possit diluvio omnis caro.  
 20. \* Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non est inventus similis illi in gloria: qui conservavit legem Ex-celsi, & fuit in testamento cum illo.  
 21. \* In carne eius stare fecit testamentum, & in tentatione inventus est fidelis.  
 22. Ideo iureiurando dedit illi gloriam in gente sua, crescere illum quasi terrae cumulum,  
 23. & ut stellas exaltare semen eius, & hereditare illos a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos terrae.  
 24. Et in Isaac eodem modo fecit propter Abraham patrem eius.  
 25. Benedictionem omnium Gentium dedit illi Dominus, & testamentum confirmavit super caput Iacob.  
 26. Agnovit eum in benedictionibus suis, & dedit illi hereditatem, & divisit illi partem in tribus duodecim.  
 27. Et conservavit illi homines misericordiae, inveniendes gratiam in oculis omnis carnis.

VIGIL. UNIVS APOST. usque ad v. 9. cap. seg. \*\*

CAPUT XLV.

*De laudibus Moysi, Aaron, & Phinees: de congregatione Core interempta.*

1. **D**ilectus Deo, & hominibus Moyses: cuius memoria in benedictione est.  
 2. Similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificavit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placavit.  
 3. \* Glorificavit illum in conspectu regum, & iussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam.  
 4. \* In fide & lenitate ipse sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne.  
 5. Audivit enim eum, & vocem ipsius & induxit illum in nubem.  
 6. Et dedit illi coram praeccepta, & legem vitae & disciplinae, docere Iacob testamentum suum, & iudicia sua Israel.  
 7. Excelsum fecit Aaron fratrem eius, & similem sibi de tribu Levi:  
 8. statuit ei testamentum aeternum, & dedit illi sacerdotium gentis: & beatificavit illum in gloria,

& circumcinxit eum zona gloriae, & induit eum stolam gloriae, & coronavit eum in vasis virtutis.  
 10. Circumpedes, & femoralia, & humerale posuit ei, & cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro,  
 11. \* dare sonitum in incessu suo, auditum facere sonitum in templo in memoriam filii gentis suae.  
 12. Stolum sanctam, auro, & hyacintho, & purpura, opus textile, viri sapientis, iudicio & veritate praediti.  
 13. torto cocco opus artificis, gemmis pretiosis figuratis in ligatura auri, & opere lapidarii sculptis in memoriam secundum numerum tribuum Israel.  
 14. Corona aurea super mitram eius expressa signo sanctitatis, & gloria honoris: opus virtutis, & desideria oculorum ornata.  
 15. Sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia usque ad originem.  
 16. Non est indutus illa alienigena aliquis, sed tantum filij ipsius soli, & nepotes eius per omne tempus.  
 17. Sacrificia ipsius consumpta sunt igne quotidie.  
 18. \* Complevit Moyses manus eius, & unxit illum oleo sancto.  
 19. Factum est illi in testamentum aeternum, & semini eius sicut dies caeli, fungi sacerdotio, & habere laudem, & glorificare populum suum in nomine eius.  
 20. Ipsum elegit ab omni vivente, offerre sacrificium Deo, incensum, & bonum odorem, in memoriam placare pro populo suo.  
 21. & dedit illi in praecceptis suis potestatem, in testamentis iudiciorum, docere Iacob testimonium, & in lege sua lucem dare Israel.  
 22. \* Quia contra illum steterunt alieni, & propter iradium circumdederunt illum homines in deserto, qui erant cum Dathan & Abiron, & congregatio Core in iracundia.  
 23. Vidit Dominus Deus, & non placuit illi, & consumpti sunt in impetu iracundiae.  
 24. Fecit illis monstra, & consumpsit illos in flamma ignis.  
 25. Et addidit Aaron gloriam, & dedit illi hereditatem, & primitias frugum terrae divisit illi.  
 26. Panem ipsis in primis paravit in satietatem: nam & sacrificia Domini edent, quae dedit illi, & semini eius.

\* Exod. 28. 35. \* Lev. 8. 12. \* Num. 16. 1. & 3.



27. Ceterum in terra gentes, non hereditabit, & pars non est illi in gente: ipse est enim pars eius, & hereditas.

\* Num. 25.  
7.  
1. Mach. 2.  
26. 54.

28. \* Phinees filius Eleazari tertius in gloria est, imitando eum in timore Domini:

29. & stare in reverentia gentis: in bonitate & alacritate animæ suæ placuit Deo pro Israël.

30. Ideo statuit illi testamentum pacis, principem sanctorum & gentis suæ, ut sit illi & semini eius sacerdotij dignitas in æternum.

31. Et testamentum David regi filio Iesse de tribu Iuda, hereditas ipsi & semini eius, ut daret sapientiam in cor nostrum iudicare gentem suam in iustitia, ne abolerentur bona ipsorum, & gloriam ipsorum in gentem eorum æternam fecit.

#### CAPUT XLVI.

*Laudes Iosue, Caleb, & Samuëlis.*

1. **F**ortis in bello Iesus Nave successor Moysi in prophetis, qui fuit magnus secundum nomen suum,  
2. maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes, ut consequeretur hereditatem Israël.

3. Quam gloriam adeptus est in tollendo manus suas, & iactando contra civitates romphæas?

4. Quis ante illum sic restitit? Nam hostes ipse Dominus perduxit.

\* Ier. 10.  
14.

5. \* An non in iracundia eius impeditus est sol, & una dies facta est quasi duo?

6. Invocavit Altissimum potentem in oppugnando inimicos undique, & audivit illum magnus & sanctus Deus in saxis grandinis virtutis valde fortis.

7. Impetum fecit contra gentem hostilem, & in descensu perdidit contrarios,  
8. ut cognoscat Gentes potentiam eius, quia contra Deum pugnare non est facile. Et secutus est a tergo potentis:

\* Num. 14.  
6.

9. \* & in diebus Moysi misericordiam fecit ipse, & Caleb filius Iephone, stare contra hostem, & prohibere gentem a peccatis, & perfringere murmur malitiæ.  
10. Et ipsi duo constituti, a periculo liberati sunt a numero sexcentorum millium perditum, inducere illos in hereditatem, in terram, quæ manat lac & mel.

11. Et dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinem, & usque in senectutem permansit illi virtus, ut ascenderet in excelsum

terræ locum, & semen ipsius obtinuit hereditatem:

12. ut viderent omnes filij Israël quia bonum est obsequi sancto Deo.

13. Et iudices singuli suo nomine, quorum non est corruptum cor: qui non aversi sunt a Domino,

14. ut sit memoria illorum in benedictione, & ossa eorum pullulent de loco suo,

15. & nomen eorum permaneat in æternum, permanens ad filios illorum, sanctorum virorum gloria.

16. Dilectus a Domino Deo suo Samuël propheta Domini, renovavit imperium, & unxit principes in gente sua.

17. In lege Domini congregationem iudicavit, & vidit Deus Iacob, & in fide sua probatus est propheta.

18. Et cognitus est in verbis suis fidelis, quia vidit Deum lucis:

19. & invocavit Dominum omnipotentem, in oppugnando hostes circumstantes undique in oblatione agni involati.

20. \* Et intonuit de cælo Dominus, & in sonitu magno auditam fecit vocem suam,  
21. \* & contrivit principes Tyriorum, & omnes duces Philisthim:

\* 1. Reg. 7.  
20.

\* 1. Reg. 21.  
15.

22. & ante tempus finis vitæ suæ & sæculi, testimonium præbuit in conspectu Domini, & Christi, pecunias \* & usque ad calcementa ab omni carne non accepit, & non accusavit illum homo.

\* Gen. 14.  
13.

23. Et post hoc dormivit, \* & notum fecit regi, & ostendit illi finem vitæ suæ, & exaltavit vocem suam de terra in prophetia delere impietatem gentis.

\* 1. Reg. 38.  
18

#### CAPUT XLVII.

*Laudes Nathan, Davidis, & Salomonis.*

1. **P**ost hæc surrexit Nathan propheta in diebus David.

2. Reg. 12.  
1.

2. Et quasi adeps separatus a carne, sic David a filiis Israël.

3. \* Cum leonibus lusit quasi cum agnis: & in ursis similiter fecit sicut in agnis ovium in iuventute sua.

\* 1. Reg. 17.  
34.

4. \* Numquid non occidit gigantem, & abstulit opprobrium de gente?

\* 1. Reg. 17.  
49.

5. In tollendo manum, saxo fundæ deiecit exultationem Goliae:

6. nam invocavit Dominum omnipotentem, & dedit in dextera eius tollere hominem fortem in bello, & exaltare cornu gentis suæ,

7. Sic

\* 1. Reg. 18.  
7.

7. \* Sic in decem millibus glorificavit eum, & laudavit eum in benedictionibus Domini in offerendo illi coronam gloriæ:

8. contrivit enim inimicos undique, & extirpavit Philisthim contrarios usque in hodiernum diem: contrivit cornu ipsorum usque in æternum.

9. In omni opere dedit confessionem Sancto, & Excelso in verbo gloriæ.

10. De omni corde suo laudavit Dominum, & dilexit Deum, qui fecit illum: & dedit illi contra inimicos potentiam:

11. & stare fecit cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos.

12. Et dedit in celebrationibus decus, & ornavit tempora usque ad consummationem vitæ, ut laudarent nomen sanctum Domini, & amplificarent manè Dei sanctitatem.

\* 2. Reg. 12.  
13.

13. \* Dominus purgavit peccata ipsius, & exaltavit in æternum cornu eius: & dedit illi testamentum regni, & sedem gloriæ in Israël.

14. Post ipsum surrexit filius sensatus, & propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum.

\* 3. Reg. 3.  
1.

15. \* Salomon imperavit in diebus pacis, cui subiecit Deus omnes hostes: ut conderet domum in nomine suo, & pararet sanctitatem in sempiternum: quem admodum eruditus es in iuventute tua.

\* 3. Reg. 4.  
31.

16. \* & impletus es, quasi flumen, sapientia, & terram rexit anima tua.

17. Et replesti in comparationibus ænimata: ad insulas longè divulgatum est nomen tuum, & dilectus es in pace tua.

18. In cantilenis, & proverbiiis, & comparationibus, & interpretationibus mirate sunt terræ:

19. & in nomine Domini Dei, cui est cognomen, Deus Israël.

\* 3. Reg. 10.  
27.

20. \* Collegisti quasi aurichalcum aurum, & ut plumbum complesti argentum,  
21. & inclinasti femora tua mulieribus: potestatem habuisti in corpore tuo,

22. dedisti maculam in gloria tua, & profanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & incitasti stultitiam tuam,  
23. ut faceres imperium bipartitum, \* & ex Ephraim imperare imperium durum.

\* 3. Reg. 12.  
16.

24. Deus autem non derelinquet misericordiam suam, & non corrupet, nec delebit opera sua, neque perdet a stirpe nepotes electi sui: & semen eius, qui diligit Dominum, non corrupet.

25. Dedit autem reliquum Iacob, & David de ipsa stirpe.

26. Et finem habuit Salomon cum patribus suis.

27. Et dereliquit post se de semine suo, gentis stultitiam,

28. & imminuit a prudentia, Roboam, qui avertit gentem consilio suo:

29. \* & Ieroboam filium Nabat, qui peccare fecit Israël, & dedit viam peccandi Ephraim, & plurima redundaverunt peccata ipsorum.

30. Valdè averterunt illos a terra sua.

31. Et quasivit omnes nequitias usque dum pervenit ad illos defensio, & ab omnibus peccatis liberavit eos.

C. A. P. U. T. X. L. V. I. I.

*Laudes Elie, Elisei, Ezechie, & Isaiæ, in quarum oratione Deus liberavit Israël ab exercitu Sennacherib.*

1. **E**T surrexit Elias propheta, quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat.

2. Qui induxit in illos famem, & irritantes illum invidia in suos pauci facti sunt, non enim poterant sustinere præcepta Domini.

3. \* Verbo Domini continuit celum, & deiecit de cælo ignem ter.

4. sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et quis potest similiter sic gloriarī tibi?

5. \* Qui sustulisti mortuum ab inferis de sorte mortis in verbo Domini Dei.

6. Qui deiecesti reges ad perniciem, & confregisti facile potentiam ipsorum, & gloriosos de lecto suo.

7. Qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iudicia defensionis.

8. Qui ungis reges ad penitentiam, & prophetas facis successores post te.

9. \* Qui receptus es in turbine ignis, in curra equorum igneorum.

10. Qui scriptus es in iudiciis temporum lenire iracundiam Domini: \* conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob.

11. Beati sunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt.

12. nam nos vitā vivimus tantum, post mortem autem non erit tale nomen nostrum.

13. \* Elias quidem in turbine tectus est, & in Eliseo completus est spiritus eius: in diebus suis non perimitur principem & potentia nemo vicit illum.

LII 2

14. nec



14. nec superavit illum verbum aliquod  
\*4. Reg. 13. 21. & mortuum prophetavit corpus eius.

15. In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est.

16. In omnibus istis non poenituit populus, & non recesserunt a peccatis suis usque dum eieci sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram:

17. & relicta est gens perpauca, & princeps in domo David.

18. Quidam ipsorum fecerunt quod placeret Deo: alij autem multa commiserunt peccata.

19. Ezechias munivit civitatem suam, & induxit in medium ipsius aquam, & fodit ferro rupem, & edificavit ad aquam puteum.

\*4. Reg. 18. 13.

20. \* In diebus ipsius ascendit Sennacherib, & misit Rabacen, & sustulit manum suam contra illos, & extulit manum suam in Sion, & superbus factus est potentia sua.

21. Tunc mota sunt corda, & manus ipsorum: & doluerunt quasi parturientes mulieres.

22. Et invocaverunt Dominum misericordem, & expandentes manus suas, extulerunt ad caelum: & sanctus Dominus Deus audivit cito vocem ipsorum.

23. Non est commemoratus peccatorum illorum, neque dedit illos inimicis suis, sed purgavit eos in manu Isaia: sancti prophetae.

\*4. Reg. 19. 35.

24. \* Deiecit castra Assyriorum, & contrivit illos Angelus Domini.

Tob. 1. 21. Isai. 37. 36.

25. nam fecit Ezechias quod placuit Deo, & fortiter ivit in via David patris sui, quam mandavit illi Isaas propheta magnus, & fidelis in conspectu Dei.

41. 2. Mach. 8. 19.

26. \* In diebus ipsius retro rediit Sol, & addidit regi vitam.

\*4. Reg. 20. 11. Isai. 38. 8.

27. Spiritu magno vidit ultima, & consolatus est lugentes in Sion. Usque in sempiternum

28. ostendit futura & abscondita antiquam evenient.

CAPUT XLIX.

De Iosia, & quid omnes reges Iuda, praeter David, Ezechiam, & Iosiam, fuerunt peccatores: de Ieremia, Ezechiele, & Zorobabel, Iesu filio Iosedech, Nehemia, Enoch, Ioseph, Seth, & Sem.

\*4. Reg. 22. 1. 1.

1. Memoria Iosiae in compositionem odoris facta opus pigmentarij.

2. in omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, & ut musica in convivio vini.

3. Ipse est directus divinitus in poenitentiam gentis, & tulit abominationes impietatis.

4. Et gubernavit ad Dominum cor ipsius, & in diebus peccatorum corroboravit pietatem.

5. Praeter David, & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt:

6. nam reliquerunt legem Altissimi reges Iuda, & contempserunt timorem Dei.

7. Dederunt enim regnum suum alijs, & gloriam suam alienigenae genti.

8. \* Incenderunt electam sanctitatis civitatem, & desertas fecerunt vias ipsius in manu Ieremiae.

9. Nam male tractaverunt illum, qui a ventre matris consecratus est propheta, evertere, & eruere, & perdere, & iterum edificare, & renovare.

10. \* Ezechiël qui vidit conspectum gloriae, quam ostendit illi in curru Cherubim.

11. Nam commemoratus est inimicorum in imbre, benefacere illis, qui ostenderunt rectas vias.

12. Et duodecim prophetarum ossa pululenti de loco suo: nam corroboraverunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis.

13. Quomodo amplificemus Zorobabel? nam & ipse quasi signum in dextera manu,

14. \* sic & Iesum filium Iosedech? qui in diebus suis edificaverunt domum, & exaltaverunt templum sanctum Domino, paratum in gloriam sempiternam.

15. Et Nehemias in memoria multi temporis, qui erexit nobis muros eversos, & stare fecit portas & seras, qui erexit domos nostras.

16. Nemo natus est in terra qualis Henoch: nam & ipse receptus est a terra.

17. \* Neque ut Ioseph, qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi:

18. & ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetaverunt.

19. \* Seth, & Sem apud homines gloriam adepti sunt: & super omnem animam in origine Adam.

CAPUT L.

Simonis pontificis filij Oniae praeconia narrantur celeberrima: duae gentes odio habitae, & tertia stulta de Iesu filio Sirach huius libri auctore.

1. Simon Oniae filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsiit domum, & in diebus suis corroboravit templum.

2. Tem-

3. Tem-

4. Tem-

5. Tem-

6. Tem-

7. Tem-

8. Tem-

9. Tem-

10. Tem-

2. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex aedificatio & excelsi parietes templi.

3. In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum.

4. Qui curavit gentem suam, & liberavit eam a perditione.

5. Qui prevaluit amplificare civitatem, qui adeptus est gloriam in conversatione gentis: & ingressum domus, & atrij amplificavit.

6. Quasi stella matutina in medio nebulae, & quasi luna plena in diebus suis lucet.

7. Et quasi Sol refulgens, sic ille effulsiit in templo Dei.

8. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriae, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia quae sunt in transitu aquae, & quasi thus redolens in diebus aestatis.

9. Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne.

10. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso.

11. Quasi oliva pullulans, & cypressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolum gloriae, & vestiri eum in consummationem virtutis.

12. In ascensu altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amicum.

13. In accipiendo autem partes de manu sacerdotum, & ipse stans iuxta aram.

Et circa illum corona fratrum: quasi plantatio cedri in monte Libano,

14. sic circa illum steterunt quasi rami palmae, & omnes filij Aaron in gloria sua.

15. Oblatio autem Domini in manibus ipsorum, coram omni synagoga Israel: & consummatione fungens in ara, amplificare oblationem excelsi regis

16. porrexit manum suam in libatione, & libavit de sanguine uvae.

17. Effudit in fundamento altaris odorem divinum excelso principi.

18. Tunc exclamaverunt filij Aaron, in tubis productilibus sonuerunt, & auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram Deo.

19. Tunc omnis populus simul properaverunt, & ceciderunt in faciem super terram, adorare Dominum Deum suum, & dare preces omnipotenti Deo excelso.

20. Et amplificaverunt psallentes in vocibus suis, & in magna domo auctus est sonus suavitatis plenus.

21. Et rogavit populus Dominum excelsum in prece, usquedum perfectus est honor Domini, & munus suum perfece-

22. runt.

23. Tunc descendens, manus suas extulit in omnem congregationem filiorum Israel dare gloriam Deo a labijs suis, & in nomine ipsius gloriarum:

24. & iteravit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei.

25. Et nunc orate Deum omnium, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros a ventre matris nostrae, & fecit nobiscum secundum suam misericordiam:

26. det nobis iucunditatem cordis, & fieri pacem in diebus nostris in Israel per dies sempiternos:

27. credere Israel nobiscum esse Dei misericordiam, ut liberet nos in diebus suis.

28. Duae gentes odit anima mea: tertia autem non est gens, quam oderim:

29. qui sedent in monte Scyr, & Philisthiim, & stultus populus, qui habitat in Sichimis.

30. Doctrinam sapientiae & disciplinae scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita, qui renovavit sapientiam de corde suo.

31. Beatus, qui in istis versatur bonis: qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper.

32. Si enim haec fecerit, ad omnia valebit: quia lux Dei, vestigium eius est.

CAPUT LI.

1. Ratio Iesu filij Sirach: Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum salvatorem meum.

2. Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor & protector factus es mihi,

3. & liberasti corpus meum a perditione, a laqueo linguae iniquae, & a labijs operantium mendacium, & in conspectu astantium factus es mihi adiutor.

4. Et liberasti me secundum multitudinem misericordiae nominis tui a rugientibus, preparatis ad escam,

5. de manibus quaerentium animam meam, & de portis tribulationum quae circumdederunt me:

6. a pressura flammae, quae circumdedit me, & in medio ignis non sum aestuatus:

7. de altitudine ventris inferi, & a lingua

8. S. LAURENTII

9. S. LAURENTII

10. S. LAURENTII

11. S. LAURENTII

12. S. LAURENTII

13. S. LAURENTII

14. S. LAURENTII

15. S. LAURENTII

16. S. LAURENTII

17. S. LAURENTII

18. S. LAURENTII

19. S. LAURENTII

20. S. LAURENTII

21. S. LAURENTII

22. S. LAURENTII

23. S. LAURENTII

24. S. LAURENTII

25. S. LAURENTII

26. S. LAURENTII

27. S. LAURENTII

28. S. LAURENTII

29. S. LAURENTII

30. S. LAURENTII

31. S. LAURENTII

32. S. LAURENTII



gua coinquinata, & a verbo mendacij, a rege iniquo, & a lingua iniusta:

8. laudabit usque ad mortem anima mea Dominum,

9. & vita mea appropinquans erat in inferno deorsum.

10. Circumdederunt me undique, & non erat qui adiuveret. Respicens eram ad adiutorium hominum, & non erat.

11. Memoratus sum misericordiae tuae Domine, & operationis tuae, quae a saeculo sunt.

12. quoniam eruis sustinentes te Domine, & liberas eos de manibus gentium.

VIRGINIS ET MART.

13. Exaltasti super terram habitationem meam, & pro morte defluente deprecatus sum.

14. Invocavi Dominum patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meae, & in tempore superborum sine adiutorio.

15. Laudabo nomen tuum assidue, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea.

16. Et liberasti me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo.

17. Propterea confitebor, & laudem dicam tibi, & benedicam nomini Domini.

18. Cum adhuc iunior essem, priusquam oberrarem, quaesivi sapientiam palam in oratione mea.

19. Ante templum postulabam pro illa, & usque in novissimis inquiram eam. Et effloruit tamquam praecox uva,

20. letatum est cor meum in ea. Ambulavit pes meus iter rectum, a iuventute mea investigabam eam.

21. Inclinavi modice aurem meam, & excepi illam.

22. Multam inveni in meipso sapien-

tiam, & multum profeci in ea.

23. Danti mihi sapientiam, dabo gloriam.

24. Consiliatus sum enim ut facerem illam: zelatus sum bonum, & non confundar.

25. Colluctata est anima mea in illa, & in faciendo eam confirmatus sum.

26. Manus meas extendi in altum, & insipientiam eius luxi.

27. Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inveni eam.

28. Possedi cum ipsa cor ab initio: propter hoc non derelinquar.

29. Venter meus conturbatus est querendo illam: propterea bonam possidebo possessionem.

30. Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam, & in ipsa laudabo eum.

31. Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinae.

32. quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his? animae vestrae sitiunt vehementer.

33. Aperui os meum, & locutus sum: Comparete vobis sine argento,

34. & collum vestrum subjicite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinam: in proximo est enim invenire eam.

35. Videte oculis vestris quia modicum laboravi, & inveni mihi multam requiem.

36. Assumite disciplinam in multo numero argenti, & copiosum aurum possidete in ea.

37. Latetur anima vestra in misericordia eius, & non confundemini in laude ipsius.

38. Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

Finis Primae Partis.



